

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

31. Dies Maji. Latet ultimus dies, ut observentur omnes dies.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Majus.
transfor-
& telqu-
rit, quod
r quid h-
cepste f-
nda: u-
sæpius, &
emel non
denique
ublicano

Tessera.

413

persequi, mihi fixum esse inexplicabili te amoris ne-
tu complecti: si tibi deliberatum est me damnare,
mihi quoque deliberatum esse, millies ante mortem
oppetere, quam semel post hac te offendere. Unum
ate peto, & hoc requiro, videlicet, quocumque in
loco me esse jusserris, sive in cœlo, sive in terra, sive in
ultimis inferorum finibus, ut te amem, honorem,
laudem, cui uni debetur omnis laus, honor, amor.
Cum hoc proposito, ne denuò pecces, time; nam ubi
non est Dei timor, ibi est animi livor.

Debet adesse timor, maculet ne pectora livor.

31. DIES MAJI.

Latet ultimus dies, ut observentur omnes
dies. S. Augustin. l. Hom. 50.

Tempus I. **P**Ervenimus ad hujus mensis o-
mnia, sive ultimum diem. Sic
tacitis mensibus paulatim sene-
dum. scimus, & ad vitæ metam, non
eundo accedimus, sed properando currimus. Sic
transeunt dies salutis, donec elucescat ultimus dies,
qui fortè erit unus è diebus futuri mensis. Qui ne
forsitan te improvisò occupet imparatum, hæc pauca
cum otio, urinam cum animæ emolumento, expen-
de. Tanta hîc futurorum in domo æternitatis est
hominum ignorantia, ut docuerit D. Petrus S. Cle-
mentem, (a) *Mundum hunc esse domum fumopla-
nam*, quo prorsus arcentur oculi ab iis, quæ intus,

& fo-

(a) Clem. Rom. in Epist.

& foris geruntur : unde homines omnes tanta capi sunt præsentium , juxta ac futurorum ignoratione, ut caduca æternis , ac humilitatem , imò nihilum rerum inanum , æternitati rerum perennium eximibili sententiâ præferant. Sic ut censeant exilium hominum patriam, carcerem regnum ; humanæ prudentiae cæliginem, lucem, ac splendorem ; peregrinantur habitationes locum quietis: denique malum bonum, & bonum malum pronuntient. Quæramus utili curiositate , quod olim Hebræi in deserto, de Manna, quod dum legerent, tunderent, coquerent, ederent, interrogabant tamen : *Quid est hoc?* Sic nos inquiramus de hisce opibus , quibus accumulandis noctes, die que studemus : de dignitatibus , ob quas tot pericula adimus; de honorum inaniis, quorum ambitu rumpimur ; devolupratibus, quibus heu! salutem utriusque hominis immolamus ; de bonis denique his, ob quae tot facimus , & patimur mala ; quid tandem ea? cut tantilla , nobis sint tanti ? quid in se contineantur desideriis, suspiciis, lachrymis, vigiliis, studiis & gnum ?

II. Aperi oculos , ut videas immensum illud, quod inter-jacet cælestia inter , & terrena, caduca & æterna, humana , & divina discrimen. Si enim noveris in usura labilium , æterna spectare, tum demum temporariis ex rebus sempiterna lucra ; immensa ex levibus , ex morientibus , & fluxis immortalia referes. Mittamus colorem, eluamus fucum, detrahamus larvam , seponamus stulta stultissimorum judicia : subeatmus intrò in rerum recessus ; & certius, reperiemus sola ea, quæ sunt supra Solem, æterna esse, ac immortalia, alia omnia infra limam, in

Majus
star lun
quam e
sumus,
lorum,
tura, q
ritatem
quo fe
mus, Pe
peritur
pina N
quantu
coram i
garet.
puncto
mensu
thus, si
medium
vus, nu
nunqu
timeri.

III.

tm, nec
fluit, &
mentis
bus, a
excruci
tam im
est ex f
capit.
dinem
fensus

(a)

Majus. *Tessera.* 415
star lunæ esse instabilia , brevia, eyanida , nec plus quam ephemera. Discutiamus hanc nubem , si possumus , & reducto velo, discrimin bonorum , & malorum, expendamus, nostrasque cogitationes ad futura, quæ expectamus, hoc est, ad vastissimam æternitatem præmittamus : ut securi mensis tempus, quo festinamus ad domum æternitatis , consideremus. Ponamus nobis ob oculos sentiperna illa, quæ perituri, & vilibus permutamus, veluti olim Agripina Neroni filio , tantundem auri in abaco posuit, quantum dono uno temerè perfuderat , ut inspecta coram insolentia muneric, juvenem prodigum castigaret. Animadvertis, quid sit æternitas , quam puncto temporis decoquimus , est absque fundo immensus oceanus, sine luce abyssus, sine exitu labyrinthus, sine futuro, & præterito status, circulus, cuius medium ubique, ambitus nusquam est : semper novus, nunquam vertens annus : denique illud, quod nunquam potest comprehendti, quod semper debet timeri.

III. Ex mente Gregorii Nazianzeni, (a) *Æternitas, nec tempus, nec pars temporis est.* Nam tempus efflit, Æternitas mole suâ stat, & quibus primùm tormentis damnata mens inferos subiit, iis æquè vivacibus , ac novis post annorum centies centena millia excrucienda est. Contrà , eâdem serie temporum tamimmensâ, beatæ in cælis animæ nihil decessurū est ex felicibus gaudiis , quibus illic principio fruic平it. Trahit enim secum præcedēs tempus assuetudinem, qua uti dolorum, ita & bonorum decrescit sensus : æternitas vero semper una, semper ejusdem quasi

(a) *Orat. 38. de Christ. Nativ.*

quasi novi, & integrifensus. Habet nonnullum dolor ex varietate solatum, videtur pœnas, illarum mutatio lenire, aliquod ægrotus, aliquod equus detentus, in altero latere levamen invenit : semper idem est, sibique similis æternus dolor, & quam parten sui supplicii incubuerit damnatus semel, in eam jacebit semper. Hæc ergo æqualitas suppliciorum, eadem semper mole, & atrocitate miseros presentium, quām intoleranda futura est ? Cresunt suis progressibus omnia ; suis ad summum cūm nenerint decessionibus minuuntur, dies nempe, manus flumina, tempestates : sunt extra hanc legem damnatorum pœnæ: & quinque ab hinc annorum milibus fraticidam Cain nihil minus lacerant, quam cūm recens in illas missus est. Cave ergo eò descendas, quia

Acrius est felle hen! pœnam sentire gehenna.

